



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum  
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

**Kolb, Gregor**

**Rottwilae, 1725**

**VD18 12054054**

Il. D. Valerivs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)

tertio bini properè Romam repetière. Verùm à D. Petro novis documentis instructi, & ocyùs in Germaniam remissi, dum ad Ellenfem villam redièrè, & præscriptâ verborum formulâ Maternum è sepulchro evocavère, subito dictis obediens surrexit redivivus. Inde Mosellam versus iter aggressi, eodem secundo flumine Treviros descenderunt, futuri omnes ibidem Episcopi. Horum primus Eucharius vix metam attigit, mox ab Albana vidua prædivite in domum susceptus, eò magis placuit, quòd eiusdem filium paulò antè è vivis ereptum matri vivum reddiderit. Horum aliorumque multorum ad Christum conversioni post annos circiter 20. Trevirensis Senator accedens, præcipuam urbis maximæ partem exemplo potentissimo traxit: unde magnificum templum erectum, copiosissimum attraxit populum; minimè ut quondam pertinacem & reluctantem: priùs enim cùm ad confertam multitudinem minùs tum grata diceret Eucharius, & jam multis lapidibus peteretur, subito omnium obriguère manus eò usque, donec denique Superi auditis D. Episcopi precibus membrorum usum miseris mortalibus reddidèrè. Animam Deo reddidit pretiosissimam die 8. Decemb. an. Christi 73. cum sedisset Episcopus an. 23. Agonizantis cubiculum lux clarissima illustrans, dissipavit multorum tenebras.

## II. D. VALERIVS.

**E**X divina Schola non Discipulum ampliùs, sed Magistrum prodissè, & venissè in Germaniam abundè dictum. Successor D. Euchariorum non tam ab homine, quam à Deo electus, Trevirensibus annis 15. Episcopus placuit: unde eidem & vivere & mori absque sanguine datum est. Confessorem itaque an. 88. 29. Januarii mortuum in eadem sepelièrunt æde, quam vivis & mortuis erexit D. Eucharius.